Quelle: https://manuscripta.at/?ID=911
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



desudat. & spiuales unt semetipsum excolunt sensus.
longe illis ualde superiores iudicandus est. Locum namq; unt
semetipsum preparant ubi ipse sese habitet. & obliuione
quadam capiens terrenorum sollicitudine gerit de celes
tibus & eternis. Constituunt enim semper se ipsum ante conspec
tum dei. & exemplo sancti helie dicentis. uiuit dominus in cuius aspe
ctu asto. & omnium presentium rerum sollicitudines pertergit uicteris. solo di
uinum ministerium calore constringit., et uel in laudibus dei potest
ymnis. & psalmis die ac nocte non potest sacrari. Hec &
multa his similia beatus iohannes per triduum continuo loquens
ad nos animas nostras refecit & innouauit. Et cum cepimus
abeo uelle proficisci. datis nobis benedictionibus. pergite inquit
in pace o filioli. Hoc tamen scire uos uolo. quod hodierna die
victoria religioso principi theodosio alexandrie nunciata
est de eugenio tyranno. Necesse est autem & ipsum theodo
sium non multo post propa morte uita finire., Cuique proficiscibus ab
eo fuissemus. hec ita gesta esse ad fidem comperimus. ut ipse
predixerat. Post dies autem paucos insecuti nos sunt quidam fratres
annunciantes nobis quod ipse sese iohannes in pace iam quieuisset.
obiit autem ipse talis quidem fuerit., Per triduum in quinum nul
lum ad se introire permisit. & positus genibus in oratione
reddidit spiritum. atque ita preiit ad dominum. Cui est gloria in secla
secloru amen

De Beato appellen. qui candens ferrum manu nuda tractabat gillesius.

Legimus & alium presbiterum in uicina regi
one nomine appellen. uirum iustum. Hic
faber erat ferri. & que necessarie erant
erant fratribus operabatur., Quodam autem tempore cum ad
fabrilia opera uigilaret in silentio noctis. cum ipse diabo
lus in forma mulieris speciose uenit ad eum tanquam ali
quid eroris deferens. Tum ille arripuit manu nuda